

73)

f. 10, 84

D. Martino Luthero Antonius Sorvinius.
 Gratia tecum et pax. Quod tandem sacra Biblia feliciter
 quam unquam antehac versa tuo auspicio in publicum
 prodierunt, Luthere omnium, qui vivunt charissime,
 dictu mirum quam me exhilaravit, immo omnium
 bonorum centurias. Et nunc tandem video, non abs
 re conatum hactenus esse Sathanam tot perditorum
 hominum quiritationibus transversum agere te a tem
 perari negotio. Neque enim impostor ille, spiritusque ve
 terator ignavus fuit, quantum utilitatis hinc ad
 omnes pios rediturum esset. Sed vitio importunitatem
 homicida istius pertinax vitii tua, quam ego felici
 tatem et tibi gratulor et omnibus eulogiis, tibi quidem
 quod tot ac tantis levatus es laboribus; Eulogiis vero,
 quod nunc sacra Biblia legit te interprete nitida
 tersa, modis omnibus absoluta, quae cordatis homini
 bus propemodum commentarii vice esse possunt.
 Quod ad me attinet, ingenue fateor unam praefati
 onem tuam in Danielem plus lucis attulisse isti
 Prophetae, ac multorum loquacissimos commentarios.
 Sed quid ego te coram et in vs laudo. Veterum quod res
 libello recens contra Erasmicam concordiam edito tam
 honorificam praefationem praefigere dignatus es, tam mi
 hi gratum est, quam quod gratissimam. Cur enim tibi
 praedari non cupiam? Et tamen encomium istud
 tuum sic interpreto, ut me admodum existimem
 qualis esse debeam, non qualis sim. Erasmus profecto ho
 nificentius ibi et modestius ac merebatur, tractavimus
 Quorsum enim attinet modesti cum eo agere, qui quantum
 sincere, ac candidi omnia scribens, modestiam tamen
 stram vel fucum interpretatur vel adulationem? De
 bam, cum libellum istum scriberem eruditioni illius adha
 erant. At nunc in eo scripto, quo epistola tua ad Stras
 dorffium ^{scripta} respondet, talem video, ut omnino de resipiscen
 tia illius desperarem. Proinde valeat adeoque Bataris
 suis

suis posthac philosophiam suam obtrudat, quò videlicet
 signum habeat patellæ operculum. Nam mihi loquen-
 tia et istis sesquipedalibus verbis non imponet facile
 de ipsis. Mitto ad te filii nimirum ad parentem,
 Enarrationem Evangeliorum Dominicalium bre-
 vem, et in methodum ac certos locos pro rudioribus
 contractam: quam ut animo candidissimo scripsi,
 ita te ubique ferè secutus sum, fateor, quemadmodum
 post Homerum inepti de Trojano bello scribitur
 ita post tuas quoque postillationes aliquid ea in re
 conari stultum esse. Et tamen multorum precibus
 huc aditus sum, ut pro modo accepti talenti nos
 quoque prodesse hic studeremus ecclesiis; Exoriantur
 in dies fanatici spiritus, qui nostra impugnant,
 contra quorum insaniam, cur non nostros quoque arma-
 remus? Vel iste tuus vocabularius Witzell, quam ineptè de
 fide ac operum justitia dixerit? Presertim tamen huc
 spectavimus, ut non solum hujusmodi fangis scriptura
 Germanum sensum opprimerem, sed ut fidei quoque
 justitiæ tecum patrocinemur. Adhuc ut falsum
 esse ostenderem, quod quidam nos traducunt, quasi
 tota Hassia et sectarios foveat et Zwingliana doctrina
 infecta sit, fateor magistratum ea in re non facere
 suum officium. Sed quid hoc ad me et ceteros, qui ci-
 tius vita privari quam à sinceritate scripturae
 abduci sustinebimus. Proinde mihi Luthere, per Strigun-
 te, peris, mutuam amicitiam nostram rogo, ut
 libellum nostrum, modis dignis tibi, qui edatur, vi-
 debitur, absque sua prefatione in publicum extrudi
 ne patiare, hoc officio ita me tibi devincias, ut
 arctiori vinculo nequeas. Vale vii paucissime
 Luthere et liberis tuis aliquando me dignare, diu
 enim non scripsisti. Uterum vale. Ex Wittenburgis
 3. post secutis a. 1534.

Tuis Antonij Forring.
 Inscriptis.
 Doctissimo et piissimo Viro D. Martino Luthero Wittenbergae
 Christum docenti, Dno Praeceptoris ac Parentis sui charissimo.